

Manfredus Potentinus

Vita Gerardi (BHL 3429)


sive

Laudatio sancti Gerardi episcopi Potentini

edizione critica e digitale

a cura di

Biagio Luca Guarnaccio



Digital Humanities
Edizioni e data-bases digitali

2

Manfredus Potentinus

Vita Gerardi (BHL 3429)

sive

Laudatio sancti Gerardi episcopi Potentini

edizione critica e digitale

a cura di

Biagio Luca Guarnaccio

revisione digitale

a cura di

Fulvio Delle Donne



BUP - Basilicata University Press

Manfredus Potentinus

Vita Gerardi (BHL 3429), sive Laudatio sancti Gerardi episcopi Potentini / Manfredus Potentinus ; edizione critica a cura di Biagio Luca Guarnaccio. – Potenza : BUP - Basilicata University Press, 2020. – 22 p. ; 24 cm. – (Digital Humanities ; 2).

ISSN: 2724-2072

ISBN: 978-88-31309-04-2

Versione online in xml:

<http://web.unibas.it/bup/evt2/vitager/index.html>

© 2020 BUP - Basilicata University Press

Università degli Studi della Basilicata

Biblioteca Centrale di Ateneo

Via Nazario Sauro 85

I - 85100 Potenza

<https://bup.unibas.it>

Published in Italy

Prima edizione: luglio 2020

Gli E-Book della BUP sono pubblicati con licenza

Creative Commons Attribution 4.0 International (CC BY-NC 4.0)

Introduzione

La *Vita Gerardi* o *Laudatio sancti Gerardi episcopi Potentini* (BHL 3429) è l'unica opera a noi nota attribuita a Manfredi, vescovo di Potenza. La presente edizione, a differenza di quella degli «Acta Sanctorum» (1883), si basa su tutti e quattro i testimoni manoscritti attualmente noti e reperibili del testo, oltre che sull'edizione a stampa di Ughelli (1659). Tutte le dette copie manoscritte, molto probabilmente, sono derivate da un unico originale/archetipo potentino, essendo stata molto limitata la circolazione dell'opera. Tradizionalmente collocata all'inizio del XII secolo, epoca in cui visse il patrono potentino Gerardo (vescovo dal 1111 al 1119), l'epoca di composizione della sua «vita», più plausibilmente, andrebbe ricollocata secondo una cronologia più bassa, come lascerebbero pensare alcune evidenze emerse a seguito di una attenta indagine diplomatico-storiografica: facciamo riferimento, *in primis*, alla istituzionalizzazione tarda (dal secondo quarto del XIV secolo), a Potenza, del culto del santo, e alla mancanza di sue notizie, prima del Quattrocento, nelle cronache della sua città natale, Piacenza. Per quel che concerne il compilatore poi, come accennato sopra, l'unica ipotesi plausibile prevede l'attribuzione della *Vita Gerardi* a Manfredi, sulla base di un unico passo dell'opera stessa (capitolo X.2), in cui il vescovo-agiografo rivela la sua identità e il suo ruolo di postulatore per la canonizzazione di Gerardo presso papa Callisto II, che lo avrebbe elevato all'onore degli altari nel 1123 o 1224, *viva voce*, cioè con responso esclusivamente orale, secondo una procedura ancora possibile fino alle soglie dell'età moderna; il condizionale, però, rimane d'obbligo, mancando prove esterne sull'effettiva storicità dell'evento, come già nell'Ottocento sottolinearono Racioppi e i bollandisti.

La presente edizione critica, curata da Biagio Luca Guarnaccio, è stata concepita innanzitutto per una sua resa digitale in xml, curata da Biagio Luca Guarnaccio e rivista da Fulvio Delle Donne,

usando EVT - Edition Visualization Technology. L'edizione in xml permette di leggere le note di apparato e dei *fontes*, di collazionare i testimoni, di evidenziare i nomi e fare ricerche. Questa, invece, è solo una versione stampabile, funzionale a una consultazione semplificata, che consente solo la lettura del testo e degli apparati.

Lista dei testimoni e criteri di edizione

L'edizione è basata sui seguenti testimoni, 4 manoscritti e un'edizione a stampa:

B - Bruxelles, Biblioteca Reale del Belgio, 8926, cc. 10r-13v.

N - Napoli, Biblioteca Nazionale «Vittorio Emanuele III» (BNN), IX C 33, cc. 322r-328r.

P - Potenza, Biblioteca Provinciale, I 4, cc. 134r-141v (260-275 mecc.).

V - Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, *Vat. lat. 12064*, XVI secolo, cc. 99r-102r.

u - ed. F. Ughelli, *Italia sacra*, VII, Roma 1659, coll. 178-184.

Tenendo conto che tutti e 4 i testimoni manoscritti sono apografi di età moderna (secc. XVI-XVIII) e data la fluidità di queste tipologie di testi, si è ritenuto opportuno non procedere alla constitutio secondo una metodologia rigorosamente maasiana/genetica. Il testo è stato suddiviso in capitoli (ricalcando quasi del tutto la divisione degli «Acta Sanctorum») e paragrafato ex novo. Per agevolarne la comprensione si è scelto di ripristinare i dittonghi e normalizzare il più possibile la grafia: la j è stata resa in i, mentre è stato distinto l'uso di u/v.

Manfredus Potentinus

Vita Gerardi (BHL 3429)

sive

Laudatio sancti Gerardi episcopi Potentini

Vita almi patris nostri Gerardi episcopi et confessoris

I.1 Sicut enim¹ in omnibus libris divinis et in omni narratione passionum omnium sanctorum operae pretium est non quaerere phaleratas dictiones verborum sed rei gestae veritatem, sic et nos perutile duximus vestris sanctissimis auribus, nobis auditum praestantibus, de vita et moribus sancti Gerardi episcopi et confessoris intimare veritatem sanctam, igitur atque magnificam simul et gloriosam, omnique veneratione colendam, gloriosissimi patris nostri ac pastoris eximii Gerardi episcopi. **I.2** Nobis, fratres carissimi, hodie, festivitatem divina Domini pietas concedere dignata est, quam non minus in caelestibus credimus venerandam, dum a nobis peccatoribus et indignis cum omni devotione veneratur in terris. **I.3** Nam licet omnis fidelis Christianus non sit expers omnium sanctorum solemnitatum sed amator et laudator, nobis tamen proprie hoc peculiarius est, manifestis vocibus et indiciis, qui eius partes episcopatus incolimus, magis hanc festivitatem laudare et celebrare ad honorem et gloriam Domini nostri Iesu Christi et sancti confessoris eius Gerardi. **I.4** Obitus namque domini confessoris Gerardi tertio calendas novembris celebratur vocibus exultantibus et corde iucundo, prout possumus; amabiliter a nobis miseris famulis extollatur, ita, tamen, quod quidquid laudis et honoris impenditur ei a nobis nostri Conditoris gratiae referatur: sicut enim, fratres, vestra testatur praesentia, creditis huius diei recursum non solum ad animam² sed ad aeternam pertinere salutem, dum, igitur, ad annua celebraturi concurritis festa pastoris, gaudia quaeritis vestri Conditoris, devotis itaque precibus et solerti studio dum ad sacras convenitis vigiliis huius confessoris celebrare, votivas epulas paradisi desideratis sumere

¹ L'apertura con «enim» sta, forse, a indicare la perdita di una parte incipitaria nel ms. originale, ma al momento ciò non sembra dimostrabile.

² Qui per «anima» si intende la vita animale, in contrapposizione a quella eterna.

aeternas. **I.5** Ille etenim devotionem nostram non deserit, cuius³ nos reverentia congregavit; vestris, nempe, fratres, pius pater sanctis congaudet obsequiis et in suorum exultat numero filiorum.

Tit. almi] sanctissimi *Bu*; sancti *N*; beatissimi *ex almi corr. P* episcopi et confessoris] *om. Bu*; episcopi *N*; Placentini et episcopi Potentini *P* **I.1** nos] vos *B* igitur] ergo *P* omnique] omniumque *N* nostri] Girardi *add. V* Gerardi episcopi] *om. V* **I.2** pietas] pietate *Bu* dignata] dignatus *Bu* **I.3** nam] etiam *BPu* peculiarius] peculiaris *B* celebrare] celebrem ducere *BPu* ad honorem et gloriam] ad gloriam et honorem *Bu* **I.4** namque] itaque *BPu* novembris] quibus *add. P* impenditur ei] impenditur *BPu* nostri Conditoris gratiae referatur] referatur gratia nostri Conditoris *NV* solum ad animam] solum animam *B*; ad solum animam *NV*; ad solam animam *P* vestri Conditoris] *om. BPu* sumere] summe *Bu* **I.5** nostram] vestram *BPu* nos] vos *BPu* congregavit] cognovit *BPu* sanctis] *om. BPu* exultat] exultationibus *P*

I.1-2 Sicut enim-in terris: cfr. Bern. Cl., *Sermones de Sanctis. In festo Omnium Sanctorum, sermones* I, II, V (ed. Migne, PL, 183, Parigi 1862, coll. 453, 462, 475)

II.1 O veneranda sancti patris nostri festivitas, quam sic decoravit divina bonitas, ut eum recipere non recuset angelorum societas! O vere beata et magnis laudibus praeferenda solemnitas, de qua angeli gratulantur in astris, coetus apostolorum et martyrum ac confessorum omniumque sanctorum non desinunt custodire et honorare in collegio suo! **II.2** Praecipue namque die migrationis eius, in terris per implorationem eius reserantur mutorum labia, aperiuntur caecorum lumina, redduntur pristinae sanitati multorum corpora infirma, et sic cunctorum piorum sumuntur a Deo iusta vota. **II.3** Igitur, fratres carissimi, annualem circulum revolventes et sacra eius beneficia implorantes, quod voce promimus teneamus affectu; ipse equidem non surdus auditor, benignissime auxilium non denegat miserationis: quis enim aeger crebro ad eum veniens non melioratus regreditur, quis praesumptor delictorum cum gemitu indulgentiam postulans vacuus abscessit? Prorsus nullus. **II.4**

³ Si riferisce a Gerardo.

Hunc quidem Propheta prospexerat cum diceret: «tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech»; «beatus quem elegisti et assumpsisti, Domine, inhabitabit in atriis tuis!» Magnum etenim et admirabile praemium huic Dominus tanto concessit viro, ut, apud populum Potentinum pauco degens tempore, pastor eorum promeruit fieri, gloria eum expectante paradisi. Iste omnino, fratres, vere est praedicandus Christi sacerdos, quem populus Potentinus sibi voluit sic repente fieri praefendum.

II.1 bonitas] pietas *BPu* eum] *om. BV* recipere non recuset] non recuset recipere *Bu* magnis] magis *Nu* astris] sanctos *Bu* desinunt] desinit *N*; desinant *P* et honorare] *om. Bu* **II.2** in terris] *om. V* implorationem eius] miserationis eius implorationem *BPu*; imploratione *N* mutorum-redduntur] *om. P* iusta] iuxta *B* **II.3** promimus] promovimus *P* equidem] enim *u* **II.4** prospexerat] prespexerat *P* Melchisedech] item de eodem *add. Bu* inhabitabit] habitabit *NP* praemium] proemium *B* praefendum] praefendus *BPuV*

II.4 tu-Melchisedech: cfr. *Ps.* 109, 4 beatus-tuis: cfr. *Ps.* 64, 5

III.1 Hic nobili Placentinorum editus progenie, litteris ad plene imbutus, ad Apuliam divino nutu destinatur Potentiam, illic vero, parvo tempore degens, qualis eius fuerit vita sanctissima eius declarant merita. **III.2** Confidenter igitur illius adiutus hortatu qui dixit: «aperi os tuum et ego adimplebo illud», et qui bruti animalis voluit os fari⁴, pauca de hoc sancto viro miracula auditoribus intimare curavi; quaedam quae nostris oculis vidimus, quaedam quoque (quoniam non est hominis ubique videre et esse) quae ab aliis viris religiosis cognovimus et corde scripta tenuimus, subsequenter aperiemus; sed quoniam perutile duximus significare vobis qualiter in confinio Apuliae episcopalem adeptus est dignitatem, seu quales in eo populus cognovit actiones, quam paucioribus potero servata castigatione veritatis notabo. **III.3** Precor itaque legentium et audientium

⁴ Si riferisce solamente agli episodi biblici del serpente tentatore (*Gen.* 3) e dell'asina di Balaam (*Num.* 22, 22-33), oppure anche a qualche episodio agiografico o patristico?

benevolentiam ut non mordeant, more subsannantium, breviliquium nostrum, sed corde credulo in melius vertant quod humiliter expectant; non quaerant, quaeso, phaleratas dictiones philosophorum sed claram veritatem veridicorum verborum. Adsit igitur nobis beati Gerardi pia advocatio, ut de eo quicquid vestra expectat pia auditio nostra examussim teneat narratio, ad cuius ergo vitam sanctissimam, quibus vixit virtutibus quibusque floruit operibus stylum narrandi convertimus.

III.1 destinatur] destinatus *BN* Potentiam] venit *add. u* declarant] declararunt *Bu* **III.2** et ego adimplebo] et implebo *NPV* et] ut *Bu* quaedam quae] quaedamque *NV*; quaedam *P* cognovimus] cognoscimus *B* aperiemus] aperuimus *Bu* seu] sed *P*; serio *u* cognovit] cognoverit *NPV* paucioribus] paucis *u* **III.3** precor] peto *Bu* more subsannantium] more substantiantium *B*; subsannantium more *u* veridicorum verborum] vere dictorum verborum *B*; veridicorum *u* advocatio] iuvatio *B*; invocatio *u* examussim] eximia *NPV*; ad amussim *u* teneat] neneat *P* cuius] eius *Bu* quibusque] quibusve *PV*

III.2 aperi-illud: cfr. *Ps.* 80, 11 qui-fari: cfr. *Gen.* 3; *Num.* 22, 22-33

IV.1 Ex nobili itaque, ut diximus, genere editus, Italas perlustrans provincias, Potentiae pervenit ad urbem. Sancto etenim plenus Spiritu verba veritatis non cessabat ostendere dictis et exemplis. Iustus quia erat iustitiam et aequitatem tenebat, castus ut erat castitatem tenere docebat; humilis, benignus, mansuetus, humilitatem, benignitatem, mansuetudinem habere omnes iubeat; aiebat enim: «humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis». **IV.2** Corpore integer et mente, decedentes in luxuriosam rabiem accusabat constanter; vir peritus et gnarus, cunctorum spernebat imprudentiam malorum. Nocturnis assiduis vigiliis pervigil indesinenter vacabat orationibus; audierat enim in psalmo: «media nocte surgebam ad confitendum tibi», «psallite Domino qui habitat in Sion annunciate inter gentes studia eius». **IV.3** Tanta in eo erat sobrietas, ut monachus penitus putaretur; legerat utique: sancti

carnem domant, spiritum roborant fide et operibus coruscant⁵ et ideo fideles inventi sunt; talium⁶ itaque secutus vestigia aeternorum gaudia adeptus est praemiorum; regnat igitur in caelis cum sanctis omnibus, quia Deo carus est inventus cum illis: adiuvent nos eius merita cuius vita fulget gloriosa.

IV.1 etenim] enim *u* aequitatem] veritatem *Bu* aiebat] dicebat *Bu* Deij] Domini *P* **IV.2** et mente] *om.* *N* decedentes] decedentes *V* gnarus] ornatus *Bu*; ignarus *P* assiduis] assiduus *B* audierat enim in psalmo] *om.* *NP* surgebam] surgebat *NP* **IV.3** penitus] peritus *N*; perfectus *P* spiritum] spiritu *B* inventi sunt] inveniuntur *V* sanctis omnibus] omnibus sanctis *u* adiuvent-gloriosa] adiuvent nos eorum-gloriosa *B*; adiuvent ergo eius-gloriosa *N*; adiuvent ergo nos eius-gloriosa *P*; *om.* *V*

IV.1 humiliamini-tribulationis: cfr. 1 *Petr.* 5, 6; *Iac.* 4, 10 **IV.2** media-tibi: cfr. *Ps.* 118, 62 psallite-eius: cfr. *Ps.* 9, 12 **IV.3** monachus-putaretur: cfr. Sulp. Sev., *Vita Martini*, II, 7 (ed. Mohrmann, Roma-Milano 2007, p. 12) carnem-coruscant: cfr. Greg. M., *In Evangelia homiliae*, XXVII (ed. Migne, PL, 76, Parigi 1857, col. 1207); Pater. Brix., *Sancti Paterii liber de expositione Veteris ac Novi Testamenti, de diversis libris s. Gregori Magni concinnatus. Pars prima. Liber XI: De Testimoniis in Psalmos, caput 265* (ed. Migne, PL, 79, Parigi 1862, coll. 890-891)

V.1 Cum igitur his et aliis beatus Gerardus multis polleret virtutibus, vir veneranda canitie decoratus, cathedra pontificali a clero populoque Potentino est dignus inventus: eligitur itaque vir per omnia sanctissimus et ad metropolitanum Acheruntinum archiepiscopum deducitur consecrandus; eo igitur consecrato et ad sedem propriam regresso, ingens clamor laetitiae et exultationis ad Deum extollitur, iucundatur civitas de tanto pastore, gaudet cunctus populus decoratus novo domino. **V.2** O beata Apulia, quae noviter ornaris novo patrono, sed beatior Potentia, quae decoraris proprio domino. Iam novum sidus fulsit in Apuliae confinibus, quoniam pontificali infula beatus est

⁵ «Carnem-coruscant»: l'omelia citata fu composta da Gregorio Magno per la festa di san Pancrazio martire, che si tiene il 12 maggio, che è proprio il giorno della traslazione obertina delle reliquie di Gerardo, a detta di Rendina.

⁶ «Talius»: cioè dei santi.

infulatus Gerardus: pontificali ergo decoratus gloria humilior, mansuetior, benignior et in omni virtute studiosior apparuit per omnia tempora; ac proinde ei Dominus tantae efficacitatis tribuit abundantiam ut cunctus populus universis gauderet quae videbat ab eo fieri. **V.3** Fuerunt praeterea de fratribus viri boni testimonii monachi et clerici, qui testimonio fidei veritatisque asseruerunt Deum, pro eius amore, in loco ubi nihil vini erat, de aqua fecisse vinum. Cum itaque apud dioecesem quandam Sanctam Mariam nomine accessisset, aestivo tempore, gratia visitandi fratres, in sitim fratres impatienter cum eo versi, vinum quod non erat in loco illo studiose quaerebant; quod cum vir Dei tantopere suos desiderare videret, commotus animo, aquam sibi de fonte afferri praecepit, signo itaque crucis Domini facto, contra naturam mutavit aqua confestim saporis sensuram: ipsa⁷ enim suum saporem mutavit in vini dulcorem. **V.4** Stupefacti ad haec socii admiratione virtutis, beatus, ut erat nihil terrenae gloriae appetens, postulavit dexteras suorum sibi dari omnium sociorum, ne tantae virtutis gloriam producerent ad terrenam et vanam famam; dansque illis vitae suae terminum, ne de eo prorumpant famam in saeculum. Sed quoniam Deus non diu patitur suum sidus occultari tenebris, post transitum eius vitae clarere dedit illum in saeculum.

V.1 Cum] Dum \checkmark clero populoque] populo *NP* archiepiscopum] episcopum *Bu*; *om.* \checkmark **V.2** beator] beata *Bu* quoniam] nam *NP* infula] insula *N*; impula *P* infulatus] insulatus *N*; impulatus *P* ergo] *om.* \checkmark proinde] perinde *NV* ei] *om.* \checkmark **V.3** veritatisque] veritatis quae qui *BN*; veritatis *Pu* asseruerunt] asserunt *BuV* quandam] quedam *N*; ad quandam *P*; quondam *u*; quandam suam \checkmark accessisset] accessum *BNPu* fratres in sitim] habuisset in sitim *Bu*; habuisset sitimque *NP* impatienter] *om.* *BV*; impatientes *N* cum eo versi] cum eo universi *Bu*; *om.* \checkmark tantopere] tanto tempore *NP* desiderare videret] vivere desideraret *P* afferri] apponi *P*; afferre \checkmark aqua] aquam *BP* sensuram] censuram *N*; sensua *P* vini] vinum *BNPu* dulcorem] dulciorem *N*; *om.* *P*; dulce *u* **V.4** terrenae] *om.* *BNPu* dexteras] dexteram \checkmark producerent] producant *BNu*; perducant *P* diu] *om.* *BPu* sidus] *om.* \checkmark illum] illud \checkmark

⁷ «Ipsa»: in Coleti (col. 136) è «ipse»; se si accetta questa lezione il soggetto non è più l'acqua ma Gerardo.

V.2 O beata-patrono: cfr. Paul. Nol., *Carmina*, XIII, vv. 26-27 (ed. de Hartel, CSEL, 30, Praga-Vienna-Lipsia 1894, p. 45)

V.3 ubi-dulcorem: cfr. Ioh. 2, 3-10

VI.1 Igitur quia de vita et moribus eius mentionem fecimus, qualiter ad Deum de hoc saeculo migravit, dictis pariter ostendamus et scriptis. Octavo itaque ordinationis suae anno, cum iam omnis ardor carnalis eum deseruisset, quem vix aut nunquam visus est habuisse, reddidit Domino animam quam perdidit mundo. Angeli itaque migrantem ad Dominum laeti suscipiunt in caelis, et aeternaliter regnantem cum gaudio secum gaudent habitare; in astris canunt Deo laudes angeli pro eo, quem susceperunt collegam in caelo; in terris omnis exultat Ecclesia, quia illum praemittit ad siderea regna, quem vult habere praemium ad caelestia gaudia. **VI.2** Cives itaque eius dolent suo orbati pastore, sed angeli gaudent de caelico aucto grege, populus de amisso domino plorat et coetus angelicus hymnidicis vocibus exultat, quia illum recipiunt in astris, quem semper noverant Deo fidum in terris. Congaudeamus igitur pariter et nos, fratres carissimi, gratiasque Deo agamus, qui dignatus est nos decorare corona gloriosissimi et magnifici patris nostri Gerardi.

VI.1 fecimus] facimus *BNu* Deum] Dominum *Bu* carnalis] carnaliter *Bu* eum] *om. BPu* reddidit] reddit *uV* quem vult habere] quae multa habere vult *P*; quae vult habere *u* **VI.2** recipiunt] receperunt *V* noverant] noverunt *u* fidum] sidum *N*; filium *P* Deo agamus] agamus *B*; agamus Deo *u* et magnifici] et magnifici ac *BV*; et magnificissimi *N*; *om. P*

VI.1 quam-mundo: cfr. *Matt.* 16, 25-26; *Marc.* 8, 35-37; *Ioh.* 12, 25

VII.1 Igitur quia et angelorum et hominum gaudia praelibavimus, ad virtutes quas Dominus post eius obitum suis revelare dignatus est famulis, nostrum vertamus articulum. Non multo itaque tempore post ex quo vitam finivit sanctus Dei famulus, fuit homo quadragenarius, quem oculis nostris vidimus, tantum palmis extensis et curvis incedens genibus, qui cum se

Deo et confessori Christi Gerardo devovisset, et ad sepulchrum beati viri venisset, liberam abeundi virtutem accepit, firmato gressu pedum suorum. **VII.2** Itaque, quod auribus nostris ad praesens de beato viro legimus, nulli dubium sit nos mentiri non audere, scriptura clamante: «os quod mentitur occidit animam», et item laudat dicens: «qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua nec fecit proximo suo malum et opprobrium non accepit adversus proximos suos». **VII.3** O miraculum mirandum, o res laudanda! Quis quadragenarium audit paralyticum proprio prius incessu destitutum, novae ambulationi redditum et facile credit? Quis non contremiscens stupet tanto miraculo? Nisi enim Dominus et Salvator noster Iesus Christus, tempore praedicationis suae, hominem multum tempus in aegritudinem existentem⁸ curasset, nequaquam horum populus fieret credulus testimoniorum. **VII.4** Prodigia ergo Domini clara et manifesta nostra reddunt testimonia vera et credibilia; ait enim ipse discipulis suis: «maiora his facietis»; si ergo maius fieri credimus, minus fieri non dubitamus. Vertentes itaque, fratres, stylum ad seriem narrandam virtutum, sicut proposuimus verissimaque vidimus seu indubitanter audivimus, pauca de multis dicemus.

VII.1 vertamus] versamus *N* vitam finivit] finivit vitam *Bu* famulus] *om. Bu* homo] *om. V* quem] quae *u* se] *om. Bu* et ad sepulchrum beati viri venisset] *om. Bu* **VII.2** nulli] nullum *BNPu* proximos suos] et cetera *add. BNu* **VII.3** audit paralyticum-destitutum] audit aut paralyticum-destitutum *B*; paralyticum-destitutum *om. N*; aut paralyticum-destitutum *P*; aut paralyticum-destitutum *u* ambulationi] ambulationis *V* credit] creditur *BNP*; crediderit *u* Quis non-miraculo] *om. N* Iesus] *om. N* in aegritudinem existentem] in aegritudinem habentem *B*; in aegritudine existentem *N*; in aegritudine instantem *P* **VII.4** ergo Domini] erga Deum *NP* fieri] futurum *V*

VII.2 os-animam: cfr. *Sap.* 1, 11 qui loquitur-suos: cfr. *Ps.* 14, 3
VII.4 maiora-facietis: cfr. *Iob.* 14, 12

⁸ «Hominem-existentm»: non si capisce a quale miracolo alluda qui l'autore; i Vangeli solo in un caso ci riferiscono dettagli sul tempo trascorso in malattia da un miracolato: parliamo della guarigione dell'emorroissa (*Matt.* 9, 20-22, *Marc.* 5, 24-34, *Luc.* 8, 43-48).

VIII.1 Fuit homo itaque maniacus⁹ vi ad sepulchrum beati viri adductus, quem Domini pietas, per merita et intercessionem beati confessoris Christi Gerardi, ad plenam reduxit memoriam sensuum et intellectuum. **VIII.2** De similibus praeterea multis ad eum venisse et sanitatem recepisse nullus vestrum teneat ambiguum; ideo nos de multis unum tantum sumpsimus, ne prolixitas multorum miraculorum hebetaret audientiam multorum virorum. **VIII.3** Etenim quia unum tantum causa compendiosae brevitatis narravimus in genere maniacorum, narremus item unum vel ad multum plus duo in genere caecorum, qui lumen suorum receperunt oculorum, et cum multi alii fuerint illuminati, quos nos scribentes non vidimus sed testimonio multorum didicimus: sanum non duximus non visum mandare auditoribus, timentes Deum in non visis virtutibus; **VIII.4** etenim si Christus magister noster et Dominus multa miracula quae fecerat voluit fieri occulta, qui nullum prorsus timebat peccatum fugiebat humanam laudem, quanto magis nos fragiles peccatores fugere debemus quae oculis et auribus non cognovimus narrare aliis, praesertim cum tot sint miracula quae per eum Dominus et Salvator noster dignatus est ostendere nobis praesentibus, quod nos prius scribendi facultas desereret quam vera notitia miraculorum quae facta sunt in praesentia nostrorum oculorum! **VIII.5** Nos vero ob hoc scribere ea fugimus, non quod ea facta¹⁰ non credimus, sed quod in peccatum quodlibet minus vel plus dicendo cadere timemus¹¹; praeterea itaque tanta est copia virtutum eius, quas per eum Dominus coram nobis quotidie operatur, nulla nos tenet voluntas seu cogit necessitas aliorum testimonium scribere virorum.

⁹ «Maniacus»: si tratta di un caso di instabilità psichica o di possessione diabolica, o entrambi: spesso i malati mentali venivano assimilati agli indemoniati, mancando ovviamente le moderne conoscenze psichiatriche; cfr. Du Cange, V, Niort 1885, col. 219.

¹⁰ «Ob-ea facta»: cioè dei miracoli a cui l'autore non ha assistito personalmente.

¹¹ «Minus-timemus»: sottintende qui, in più o in meno rispetto al vero, come ribadisce poco sotto.

VIII.1 homo itaque maniacus vi] homo itaque monachus ut *Bu*; monachus itaque vi *N*; homo itaque demoniacus qui *P* intellectuum] intellectum *BN*; intellectus *Pu* **VIII.2** multis ad] multos ad *NP*; ad *V* tantum] tamen *u* sumpsimus] scripsimus *P* audientiam] mentem audientium *Bu*; mentem audientiam *P*; audientia *V* virorum] mirorum *P* **VIII.3** narravimus] narramus *NP* in genere] in generum *N* maniacorum] inaniatorum *B*; inanitorum *Pu* narremus] narramus *BNu* duo] Deo *N* **VIII.4** noster] vir *V* quanto] tanto *P* oculorum] referre *add. P* **VIII.5** credimus] credamus *BuV* est] nos *BuV* quas] quae *u* operatur] quod *add. u* testimonium] testimonia *V*

IX.1 Dicamus igitur de virtutibus et prodigiis oculis nostris ostensis, ut dum nitimur, scribendo, placere Deo et sancto Gerardo, non videamur dixisse plus vero, quod semper est contrarium Deo. **IX.2** Fuerunt ergo plures homines tenti carcere, quos praesentia beati Gerardi, tempore nocturno, liberavit visitando; compedes namque quibus tenebantur, virtute Dei et visitatione beati Gerardi, de pedibus eorum ceciderunt et hi de carcere eruti cum omni celeritate visiterunt¹² sepulchrum sanctissimi viri liberatoris sui, ibique vota Deo et sancto Gerardo cum hymnis et laudibus devotissime persolventes¹³, hilares redierunt in sua. Et quoniam Potentina Ecclesia multis eius floret virtutibus, satis iucundum Deo et hominibus credimus non praeterire silentio miracula, quae saepissime didicimus facta in eadem Ecclesia. **IX.3** Cum autem sacrista¹⁴ in praedicta Ecclesia, more solito, lampades ardentes supra sepulchrum praedicti confessoris extingueret, per nullum ignem terrenum appositum, sed sola Domini voluntate, qui «omnia quaecumque voluit fecit» in caelo et in terra, saepenumero accensae sunt. Candelae quoque ardentes visae sunt cecidisse et arsisse super pannos sepulchri¹⁵

¹² «Visitarunt»: leggi «visitaverunt».

¹³ «Vota-persolventes»: si possono intendere questi «vota», come promesse di conversione, di ravvedimento per gli errori passati.

¹⁴ «Sacrista»: è il chierico addetto alla custodia dei vasi sacri, sottoposto all'arcidiacono; trattasi di una dignità e non di un grado sacerdotale (cfr. Du Cange, VII, Niort 1886, col. 262).

¹⁵ «Pannos sepulchri»: si tratterebbe di tovaglie d'altare o di meri arredi decorativi; nel primo caso, se Manfredi parla di fatti avvenuti prima della presunta canonizzazione, vorrebbe dire che a livello locale il culto liturgico

eius, longitudine unius cubiti vel plus eo, et nihil laesionis habuisse.

IX.1 nitimur] utimur ✓ videamur] videamus ✓ **IX.2** ergo] item PV tenti] detenti in P carcere] carceres N Dei] Domini ✓ visitatione] visitatio B; visitationem P sanctissim] beati B_u; beatissimi P liberatoris] visitatoris NP ibique] hique B_u Deo] Domino ✓ devotissime] diutissime ✓ **IX.3** appositum] om. u accensae sunt] vidimus et nos hoc prodigium persaepe *add. u*

IX.2 de pedibus-eciderunt: cfr. *Act.* 12, 7; *Act.* 16, 26 redierunt in sua: cfr. *Act.* 21, 6 **IX.3** omnia-fecit: cfr. *Ps.* 113, 11

X.1 Haec et alia multa ad declarandum Dei amicum miracula facta sunt; verum, quia longum est narrare non solum languentes, quos vidimus sanatos eius intercessionibus, verum etiam genera infirmitatum, quae manifesta sunt¹⁶, prius nos tempus desereret quam copia narrandarum virtutum deficiet. Prolixa quidem loquacitas miraculorum obturationem aurium et hebetationem multorum faceret cordium; taedia itaque timentes auditorum, desistimus scribere multas species prodigiorum. **X.2** Dicamus igitur breviloquio quomodo ad canonizandum sanctitas et veneratio gloriosissimi viri pervenerit. Apparuit itaque, fratres carissimi, mihi Manfredo¹⁷, levi somno detento, praedictus vir, canitie venerandus, terribiliter iniungens mihi me curam habere sui; quod cum ego stupens et ignarus quid iuberet, cogitarem, rursum adiecit: «curam non fugias mei corporis et Ecclesiae

sorse immediatamente dopo la morte di Gerardo, promosso e voluto dal clero cittadino.

¹⁶ «Verum-manifesta sunt»: in relazione a Gerardo e alla sua *virtus*. L'iperbole serve cioè a dire che anche riferire non il numero dei miracolati, bensì solo il numero dei diversi tipi di malanni e disagi curati da Gerardo sarebbe troppo impegnativo.

¹⁷ «Mihi Manfredo»: è la prima e unica auto-menzione esplicita dell'autore: di Manfredi non sappiamo altro che questo, che cioè fu vescovo di Potenza dopo Gerardo e che fu il postulatore della sua causa di canonizzazione.

Christi, quoniam authorizandus¹⁸ tuo tempore sum reservatus»; adhuc quidem me haesitantem, manum extendit quasi ad feriendum et abscessit. **X.3** Expergefactus ad haec, tacitus expectavi quid sibi vellet visio talis, at non multo tempore post, clerus ac populus Potentinus, quasi promissa beati Gerardi completeretur, utilem sibi unanimiter deprecant dari pastorem: me quoque inutilem servum et Dei famulum, Ecclesiae suae conclamant necessarium; animadversio igitur illorum et petitio est adimpleta continuo. **X.4** Post consecrationem itaque meam, non immemor iniunctae mihi voluntatis beati Gerardi, eius securus hortaminibus, urbe progrediens cum Potentinis civibus Romanum adimus pontificem: illum etenim satis invenimus benignum et petitioni nostrae per omnia placitum. Consensus eius et omnium cardinalium approbat hoc fieri, communi decreto fratrum omnium: fit itaque examinatio de vita tanti viri inter cardinales et est visa haberi digna inter sanctos confessores. **X.5** Postquam vero a Romano pontifice Callisto nomine viva voce¹⁹ canonizatus est, episcopus Palestinus nomine Guilelmus, et Petrus Acheruntinus archiepiscopus, et Guido Gravinensis episcopus et Leo Drumentinus²⁰ episcopus mittuntur ad decorandam et confirmandam sui domini et pastoris sententiam: veniunt itaque Potentiam et cum omni humilitate providentur²¹,

¹⁸ «Authorizandus»: il verbo «auctorizo» è usato nella vita di s. Sigeberto (BHL 7711), cfr. Du Cange, I, Niort 1883, col. 468.

¹⁹ «Viva voce»: senza un processo canonico organizzato per gradi e senza documentazione scritta.

²⁰ «Episcopus Palestinus-Drumentinus»: i vescovi qui nominati sono il metropolita del vescovo di Potenza (Pietro di Acerenza, il cui presolato va dal 1102 al 1142 ca., cfr. P.B. Gams, *Series episcoporum Ecclesiae Catholicae*, Ratisbona, p. 843), un suffraganeo acheruntino assieme a un vescovo limitaneo della stessa metropoli (rispettivamente i vescovi di Gravina, Guido, presule nel periodo 1099-1123, cfr. Gams, *Series cit.*, p. 884, e di Grumento-Marsico, Leone, del cui episcopato non conosciamo gli estremi cronologici, cfr. Gams, *Series cit.*, 894) e il cardinale vescovo di Palestrina Guglielmo, uno dei sette *hebdomadarii* papali (1123-1137, cfr. Gams, *Series cit.*, p. XVI). Tutti i suddetti vescovi sono personaggi attestati da almeno una fonte che non sia la *Vita Gerardi*, come si può velocemente riscontrare, *in primis*, in *Italia sacra*, Roma 1644, pp. 225-226, e VII, pp. 42-47, 166, 697-698.

²¹ «Providentur»: le lezioni di tutti i testimoni riportano «providentia», ma congetturiamo qui «providentur», ipotizzando un errore paleografico.

facta condonatione quadraginta dierum omnium venientium ad annuam festivitatem sancti confessoris Christi, ad laudem et gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat, nunc et semper, et ante omnia saecula saeculorum. Amen.

X.1 declarandum] celebrandum *Bu*; declarandi *P* languentes quos] quot languentes *V* deficiet] deficiat *P* quidem] quidam *P* timentes auditorum] *om. u* **X.2** dicamus] dicamque *u* vir] sanctus *add. NP* stupens] ac tremens *add. V* mei] nostri *Bu* quoniam] quem *BNu* reservatus] reversatus *Bu* haesitantem] visitantem *P* **X.3** at] adest *V* promissa] praemissa *Bu*; promisso *P* deposcunt] poscunt *u* conclamant] conclamarunt *BNu* **X.4** hortaminibus] ploraminibus *P* urbe] Urbem *N* Potentinis] Potentina *P* civibus] *om. Bu* Romanum] Romam *P* nostrae] *om. N* **X.5** Postquam] Postque *BN* vero] *om. N* Palestinus] Preanestinus *Pu* Drumentinus] Grumentinus *u* mittuntur] miserunt *P* sui] suam *u* omni] *om. Bu* condonatione] condonationis *N* nunc-omnia] *om. N*

